

Theorema 57

Propositio 58

Culo translato quæ longius spectantur, destitui uidentur.



Sit,inquã,oculus b, à quo excitentur radij b c, b d, b f, spectentur uero k & l, igitur oculo translato ad partes c, celerius transibunt uisus k q̄ l, putabitur igitur k, destitui, & l, in contrarium ferri, hoc est ad partes f.




Theorema 58

Propositio 59

Vctæ magnitudines, propius oculo produci putantur.



Sit spectatũ b c, sub k b, k c, radijs augeatur q̄ b c, ipsa b d, & ab ipso k, oculo proci dat radius k d. Igitur angulus qui sub d k c, maior est angulo qui sub b k c, qui uero sub maiori spectantur angulo, per + suppositionem opticae maiora apparent, maior igitur apparet, maior igitur apparet c d, ipso c b, & ea quæ oculo putantur maiora, augeri putantur, & auctæ igitur magnitudines ad oculum prouchi putantur.



Theorema 59

Propositio 60

Væcunq; in eodem non iacent interuallo, neq; parallela in extremis posita, neque inuicem posita medijs, neque in rectas existentia lineas totam figuram quandoq; manentem conuexam, quandoq; uero curuam efficiunt.



Spectentur nanq; b c d, oculo in k posito, proci dantq; radij k b, k c, k d, igitur tota figura cõuexa esse putabitur, permutetur iam rursus spectatum, ponaturq; propius ad oculum. Igitur d b c, curuum esse putabitur.



Theorema 60

Propositio 61

Vadrato existente, si à contactu dime tentiũ ad angulos rectos quædam excitata fuerit ad ipsius quadrati planũ, in ipsaq; positus fuerit oculus, latera & dimetientes ipsius quadrati æquales apparent.



Esto,inquã,quadratum c f, excitenturq; dimetientes c f, k d, & a b h, ad angulos rectos, excitetur per n undecimi elementorũ h b, oculus uero ponatur in b, proci dantq; radij b k, b d, b c, b f: igitur duæ f h, h b, duabus c h, h b, sunt æquales, & æquales sunt anguli qui sub ipsis cõprehenduntur, hoc est anguli qui ad h. Aequalis igitur est per + primi element. f b, basis ipsi b c, basi. Idq; propterea & k b, ipsi b d, est æqualis. Binæ iam f b, b c, binis k b, b d, sunt altera alteri æquales. Et diametri sunt æquales, quare & anguli qui ad b, erunt æquales. Quæ uero sub æqualibus angulis spectantur æqualia apparent. Diametri igitur & altera quadrati æqualia apparent, ea uero quæ ab oculis in dimetientiũ contactum ad angulos rectos ipsi plano existente, neq; æquali utriq; eorũ quæ à contactu ad angulos quadrati ductæ sunt, neq; angulos cõprehendente æquos cum ipsis, diametri inæquales apparent, similiter enim ostendemus cotingentiã, quem admodum & in circulis.

